



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 3. Angeli, regem per militem admonentis vigilans cura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

65 Cap. IV. Fulmina Pharaonem,

ricordiæ immensitas, quæ humanam infipientiam sæpe antè erudit, quam ferit.

§. III.

*Angeli, regem per militem admonentis vigilans cura.*

Miles erat, Petrus Martini de Pampliega dictus, cui id officium fuit, ut infantis Manuēlis curā gereret, illiq; esset, quod Chiron Achilli, instrutor & manuductor. Hic, præter communem militū morem, abdicata rerū vanitate, Numinis colendo totus intensus, in somno, aspectabile habuit juuenem, cādido amictu splendidum, & formā humānā augustiorem, ut facile Angelum esse coniijceret; ab eo hæc verba audiuit. *Lata est, in diuino tribunali, contra Regē Alphonsum, sententia. Hereditate excidet, & ni resipiscat, crudeli morte, interimetur.* Exterruit hęc vox militem, qui, sopitis adhuc sensibus, caussam tantę comminationis cùm scire vellet, causam Angelus aperuit, nempe licentiam loquendi, quæ summates, nullum supra se metuentes, eò prouehit, ut quidquid libet, dicere statueréq; non vereantur; quasi licitum sit, quod à mortalibus non timetur punendum. Addidit sacrilegam esse temeritatem, diuina opera corrigere molientis; ab hac nī deli-

desisteret, atrocia mala experturum Regem; idq; ei significare militē jubet, adjecta seria exhortatione, pœnitentiæ de tanta stoliditate non procrastinandæ. Tantâ patientiâ piū Numen & sustinet, & lucrari vult Encelados istos cœlum expugnare cogitantes, & in superos arma mouentes, de terra natos, & in terrā reuersuros, qui, cùm vix sint idonei, ad opus ruri faciendū, audent Deo leges dare, & recta praua facere.

§. IV.

*Militis fidelitas, regis contumacia, Numinis longanimitas,*

Miles, vt erat diuini honoris sicutientissimus, non diu cunctatus, illico Regem, apud Burgos, commorantem adjit, petitoq; colloquio secreto, primū ei exposuit, quæ visu, deinde etiam quæ auditu acceperat: postea oratione vehementi suadere cœpit, vt tam blasphemæ verba, quæ delirando illi exciderant, etiam atq; etiam, corā ijsdem, quā audierant, retractaret. Mirare hīc, Lector, nouum (ah nimis antiquum & consuetum) certandi genus. Summa Dei bonitas, cum summâ hominis malitiâ pugnat; & certat illa, vt clementiâ; ista, vt pertinaciâ vincat. Mittit legatum offensus ad offendentē; sug-

E 2 gerit